

Preces

LAS PRECES DE LA OBRA

Preces es una oración que deben recitar todos los miembros del Opus Dei cada día (de rodillas, después de haber besado el suelo). No se puede recitarles en otra lengua que el latín.

PRECES

Sérviam!

V. Ad Trinitatem Beatísimam.

R. Grátias tibi, Deus, grátias tibi: vera et una Trínitas. una et summa Déitas, sancta et una Unitas.

V. Ad Iesum Christum Regem.

R. Dóminus Iudex noster; Dóminus Légifer noster; Dóminus Rex noster. Ipse salvabit nos.

V. Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.

R. Christe, Fili Dei vivi, miserere nobis.

V. Exsurge, Christe, ádiuva nos.

R. Et líbera nos propter nomen tuum.

V. Dóminus illuminátio mea et salus mea: quem timebo?

R. Si consistent adversum me castra, non timebit cor meum; si exsurgat adversum me proélum, in hoc ego sperabo.

V. Ad Beatam Vírginem Mariam Mediaticem.

R. Recordare, Virgo Mater Dei, dum stéteris in conspectu Dómini, ut loquaris pro nobis bona.

V. Ad Sanctum Ioseph Sponsum Beatae Mariae Virginis.

R. Fecit te Deus quasi Patrem Regis, et dñm universae domus eius: ora pro nobis.

V. Ad Angelos Custodes.

R. Sancti Angeli Custodes nostri, defēdite nos in proēlio ut non pereamus in tremendo iudicio.

V. Ad Sanctum Iosephmariam Conditozem nostrum.

R. Intercede pro filiis tuis ut, fideles spīritui Operis Dei, laborem sanctificemus et ánimas Christo lucríficere quaeramus.

V. Oremus pro Beatísimo Papa nostro **N.**

R. Dñus conservet eum, et vivíficet eum, et beatum fáciat eum in terra, et non tradat eum in ánimam inimicorum eius.

V. Oremus et pro Antístite huius dioecesis.

R. Stet et pascat in fortitúdine tua, Dómine, in sublimitate nóminis tui.

V. Oremus pro unitate apostolatus.

R. Ut omnes unum sint, sicut tu Pater in me et ego in te: ut sint unum, sicut et nos unum sumus.

V. Omne regnum divisum contra se, desolábitur.

R. Et omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit.

V. Oremus pro benefactóribus nostris.

R. Retribúere dignare, Dómine, ómnibus nobis bona faciéntibus propter nomen tuum, vitam aeternam. Amen.

V. Oremus pro Patre.

R. Misericórdia Dómini ab aeterno et usque in ae-

ternum super eum: custodit enim Dóminus omnes diligentes se.

℣. Oremus et pro fratribus nostris Operis Dei, vivis atque defunctis.

℞. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.

℣. Mitte eis, Dómine, auxílium de sancto.

℞. Et de Sion tuere eos.

℣. Réquiem aeternam dona eis, Dómine.

℞. Et lux perpétua luceat eis.

℣. Requiescant in pace.

℞. Amen.

℣. Dómine, exaudi orationem meam.

℞. Et clamor meus ad te véniat.

Sacerdos, si Preces moderatur, exurgit et addit Dóminus vobiscum, stans etiam dum recitat orationem.

℣. Dóminus vobiscum.

℞. Et cum spíritu tuo.

Oremus.

Deus, cui próprium est misereri semper et párcere: súscipe deprecationem nostram. Ure igne Sancti Spíritus renes nostros et cor nostrum, Dómine: ut tibi casto córpore serviamus, et mundo corde placeamus.

Actiones nostras, quaesumus Dómine, aspirando praéveni et adiuvando prosequere: ut cuncta nostra orátio et operátio a te semper incípiat, et per te coepta finiatur. Per Christum Dóminum nostrum.

℞. Amen.

Omnes dicunt:

Gáudium cum pace, emendationem vitae, spátium verae poeniténtiae, grátiam et consolationem Sancti Spíritus atque in Opere Dei perseverántiam,

tribuat nobis Omnipotens et
Misericors Dominus.

Y. Sancte Michaël.

R. Ora pro nobis.

Y. Sancte Gábríel.

R. Ora pro nobis.

Y. Sancte Ráphaël.

R. Ora pro nobis.

Y. Sancte Petre.

R. Ora pro nobis.

Y. Sancte Paule.

R. Ora pro nobis.

Y. Sancte Ioannes.

R. Ora pro nobis.

Cum adsit aliquis Sacerdos,
dignior ait:

Iube, Domne, benedicere.

Sacerdos benedicit:

Dominus sit in cordibus
vestris, et in lábiis vestris,
in nómine Patris ☩ et Filii
et Spíritus Sancti.

R. Amen.

Y. Pax.

R. In aeternum.

CONCORDAT CUM ORIGINALI IN ARCHIVO PRAELATURAE
ASSERVATO. =DR. THOMAS G. BOHLIN.
=ROMAE, 6 OCTOBRIS 2002.

Apud Collegii Romani Sanctae Crucis

C 48

Obtenido de "<http://www.opus-info.org/index.php?title=Preces>"